

τρον ἀπὸρ χωροῦν κοτύλας οὐτῶ. Hoc est. Chus
mensura Attica capiēs cotylas octo. Nonne si uera
sunt, tunc Chus non erit sex, sed quatuor sextario/
rum. Hęc utrunq; ex uno aliquo scriptore, ut & alia
permulta, excerpisse clarum est. Is uero mihi uideť
huius mensurę capacitatem per cotylas Georgicas
explicasse, quę tredecim uncias mensurales cum di/
midia capiunt, ut in sequentibus ostēdam. contine/
bat enim quęq; cotyle tres quartas sextarij, atq; ita
semper tres sextarij quatuor tantum efficiēbant co/
tylas. quocirca idē est dicere Choa Atticum duode/
cim esse cotylarum, quę nouem capiunt uncias, siue
octo, ut ille dicit, quę tredecim cum dimidia. Tum
etiam quod ita sit intelligendum, ex Hesychio per/
cipitur qui scribit. ἡμιδωδεκάτην ἢ ἡμίχουρ Id est.
Semiduodecima medimni pars Hemichus est. Er/
go duodecima est idem quod Chus. Cum autē ea
ipsa sit quatuor choenicum, ut infra explanabitur,
Choenix uero triū cotylarū, necesse est quod Chus
sit duodecim medicus medicarū, Georgicus Georgi/
carum. Quod fieri non potest, nisi apud Suidam &
interpretē Aristophanis cotylen accipiamus Geor/
gicam. Postremo proportio illa sesquialtera satis in/
dicat Atticum Choa esse cotylarū Atticarum duo/
decim quam proportionem inter medicas & Geor/
gicas mensuras omnes esse clarissime ostēdam. Nisi
itaq;